Capitulum ſecundum.

¶ Conſequēter inſolubilia varia ꝑtractabunt: que abſqȝ difficultate magna ſoluere poterit nemo. Et primo ea in qbus copula ypothetica nō exprimit̄ et cathegorica merito appelari poſſunt.

¶ Primum.

¶ Suppoſito ꝙ reſpondens dicat illam et nullam aliā. Reſpōdens nō dicit verum. Queritur an verū vel falſum dixerit? Si verum ergo qualitercūqȝ ſignificabat illa ꝓpoſitio eſſe ita erat ergo dicebat falſum: igit̄ ſi dicebat verum nō dicebat verū. Si falſum ergo hec erat vera. Reſpondens nō dicit verum. igitur dicebat verū: ergo ſi dixit falſum non dixit falſum.

¶ Secundum.

¶ Suppoſito ꝙ reſpondens cuilibet dicenti ſibi verum dabit ad bibendū et nulli alteri. Et opponens dicat reſpondēti. Tu non dabis mihi ad bibendū. Querit̄ an reſpondens dabit opponenti ad bibendū an non? Si dabit ergo opponēs dixit falſum: ergo nō dabit. Si nō dabit ergo opponens dixit verū et ꝯſequens dabit. Ita ſequentia ſophiſmata lector ꝓ tua diligentia argues.

¶ Tertium.

¶ Suppoſito ꝙ opponens verberet omnem dicentem ſibi falſum et nullum aliū. Et reſpondens dicat opponenti. Opponens verberabit reſpondentem. querit̄ a reſpondente. an dixerit verum an falſum?

¶ Quartum.

¶ Supponat̄ ꝙ petrus ſemꝑ currat: donec reperiat aliquē dicētem ſibi falſum. Et paulus obuiet primus petro et dicat. Petre nō curres. Queritur an paulus dixerit verū an falſum?

¶ Quintum.

¶ Supponat̄ ꝙ quilibet dicens verum ſit ſanus Et quilibet dicens falſum ſit eger Et petrus dicat. Ego ſum eger. queritur an petrus dixit verum an falſum?

¶ Sextum.

¶ A non eſt verū. poſito ꝙ a ſit nomen ꝓpriū ſophiſmatis cuius eſt pars. queritur an ſit verum vel falſum?

¶ Septimum.